



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri S. J. Intsructio [!] Poenitentis,
Confessarii, Et Parochi**

Segneri, Paolo

Augustae Vindelicorum ; Dilingae, 1696

Introductio ad intelligendum ea, quæ in hoc opusculo tractantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52749](#)

INTRODUCTIO

Ad intelligendum ea, quæ in hoc Opusculo
tractantur.

DIVINÆ PROVENTIAE satis non erat hominem in hanc lucem procreari, sed cum sciret, eum in primæ valetudinis integritate haud diu permansurum, sollicitè providit medicamenta in herbis, mineralibus, ceterisque mixtis. Verum quod pro restauratione statu naturalis egit, id ipsum multò excellenter benevolentia significatione praesulit pro Gratiae inter homines incolmitate. Non sufficerat ei constituisse, ut homo per sacrum Baptisma renasceretur, voluit insuper, cum jam frequenter prospiceret infirmitates, quas per peccatum esset contracturus, efficacissima suppeditare remedia, & saluberrimas thermas sanguinis ex Christi vulneribus scaturientes propinare. *Fons patens domui David in ablutionem peccatoris. Zabbar. 13.* Balneum istud est Confessio, que ut hoc loco à nobis exponitur, Sacramentum est, in quo per absolutionem à Sacerdote remittuntur Pœnitenti peccata post Baptismum commissa, ideoque à sacris Doctoribus Baptismatis nomine appellata, sed operosi & cum labore conjuncti, ut fieri necesse erat. Prima

bona valetudinis constitutio nobis obvenerat nullâ nostrâ molestiâ; at cum ea per immoderationem turbatur, sine afflictione nequit reparari; quin persépe opus est ignem ferrumque perpeti, ne malum fiat immedicable. Hoc ipsum accidit circa Gratiam, prima etenim nobis donatur per primum Baptismum absq; nostra cooperatione; quod si autem deperditur, non nisi magno dolore redimi oportet per secundum Baptismum Pœnitentia, qua cautores magis que circumspetū progradimur. Quemadmodum autem nulla virtutum Baptismo similior est quam pœnitentia, ita nullius major est necessitas. Unde tam necessaria est ei, qui post Baptismum peccatum admisit, quam ipsomet Baptismus nondum abluto. Mirum proinde non est, si Sacramentum istud, primarium humanæ salutis instrumentum, à tartaro hoste tam acriter oppugnetur, dum plurius persuadere nititur, ut vel eodem abstineant, aut non nisi in suam perniciem abutantur. Verissimum est, quod Seraphica Virgo Teresia dicere suit solita & deplorare, Infernum per sacrilegas Confessiones impleri, ob quam causam Concionatorem quempiam per literas hortata est his verbis: *Rater frequenter*

A;

quenter

quenter verba fac & invehere in Confessiones vitosas, nec enim diabolus, alio laquo plures ad sempiternum exsuum pertrahit animas, quam isto. Quia prudenter hujus Virginis sententiâ, ut verum fatear, longo tempore non parum hæsi attonitus. Verum postquam in diversis missionibus versatus, varios inter atque multiplicis generis homines, perspicue didici, nihil supra verum Sanctam istam exaggerasse. Multi peccatores magnam fiduciam concipiunt, si aliquoties factæ à se Confessionis meminerint, neque considerant, an rite eam peregrinentur, itaque semetiplos fallunt, & miserâ involvunt ruinâ.

Accidit ipsis, quod refertur à Scriptoribus de elephante. Soleris quietem capturus se acclinare arbori, quam tamen non explorat antea, sitne firma sat, & par sustinendæ moli, quippe cum à venatore prius ita succisa sit, ut tamen erecta consistat, animal facile invitat, at ubi primum pondus incumbit, corruit, & miserum opprimit, cuius ruinæ non alia causa fuit, quam nimia securitas nullam latentis fraudis suspicionem admittens. En hostiis nostri vaferissimi nequitiam fulcrum Confessionis tentat lucidere, at ultra, quam non satis est ad fallendum, qui ei innititur. Non enim aperte Confessionem diffundet, sed ne bene & debito modo fiat, allaborat, sine cura conscientia lustretur, patrum attendatur ad contritionem, negligatur propositum, omittantur alias requisitoriae

dispositiones. Qui hujusmodi fiducia Confessionibus, corruit lapsu irreparabili. Sed quantus est eorum numerus, qui tam fragili innituntur fulcro! Ergo tot casus pro viribus antevertent, judicavi, rem me non inutilem facturum, si quædam documenta practica essent, quæ vel ad suscipiendam Confessionem permovereant, vel ad eam recte instruandam conducant, itaque ostendam, & tisne firmum sit, cui inflistitur, suadimentum. Erunt hæc eadem ipsi precepit, quæ in missionibus magno cum fidelis pro ordinatio Christianæ doctrine materiali exponuntur, idcirco tam sciam, quam facilitia futura sint, si in lucem procedant, intérque Auditores divulgarunt postquam auribus fuere excepta, deinceps vivæ vocis defectum suppleat chartis consignata; & consulto quidem, cum enim in accurrentium multitudine non rudes sollemmodo, verum etiam permulti & civiles ac literatum non expertes inveniantur, ea utsi in proponendo ratione, que proficiuntur omnibus. Superest modò, ut Dominus ille, qui te induxit ad evolventias pagellas, Benevolè Lector, in quibus præter eum gloriam nihil queritur, ubi quoque ex ijsdem profundi gratiam impetrari, ut clare agnoscas, tantam libri rectè facienda Confessionis curia esse habendam, quanto propter salutis consequenda tenet.

* * *

CEAUT